



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-159833-p0001-9

DFG







1763.

1. Geiger, Joannes Boscardo : Ad audiendum orationem pro capessendo numero iuriam professoris publici extraordinarii . . . invitat simulque de loco fideturammodorum in primis feniibarum nobilium alienatione dissensit.
2. Rudolphus, Joannes Christophorus : De crimibus scictorum carnis et pluviorum accessoriis.
3. Praetorius, Christophorus Daniel : De origine principum eorumque successione in territorium imperii Germanici.
4. Zindel, Joannes Christianus : De ecclesiis cathedralibus.

1764.

1. Geiger, Joannes Boscardo : Ad audiendum orationem pro capessendo numero iuriam professoris publici ordinarii

- ... inventat simique de origine et fatis  
jurisconsultorum Romanorum assert
2. Hans Kild, Ioannes Fr. Tortinus: De praelibus a  
malae fidei possessore restituendis communis  
usuris
  3. Schierschmidtus, Dr. Tortinus: Pragmatica man-  
jus all: De usuris ultra quincentes licet possess-  
sis non exigentis . . . Dissertationis in ang. Pauli Vali-  
dius Friderici Hanskildi de praelibus a malae  
fidei possessore restituendis communis usuris  
praemissum.
  4. Schierschmidtus, Ioannes Tortinus: De testamento  
coram solo iustice non conficiend.
  5. Schierschmidtus, Ioannes Tortinus: De iustice  
philosopho.

6. Schutter de Longen, Matthaeus: *De jure navalium*,  
nei mercatoribus, nei aliis cirosibus, sed nautis  
et apificibus, lib. et imp. c. contatis Lindangiae,  
in mari Suecio sen laca Botanico justa statuta  
protectione et solitariae competentie, cum commentis.

1765.

1. Rossmannus, Andreas Elias: *De laboribus et cura -*  
*toribus ex more Augustanae.*

2. Rossmannus, Andreas Elias: *De valore cambiis et*  
*imperio*

1766.

1. Schierschmidius, Dr. Tortinus: *De interpretatione*  
*contra eum facienda qui clarius loqui debuit.*

2. Schierschmidius, Dr. Tortinus: *De dominio Nicetii*  
*vasallis oppigerando fundo concession potestibus*  
*non diffici.*



8548.

6

DISPVVTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

FRVCTIBVS A MALAE FIDEI  
POSSESSORE RESTITVENDIS  
EORVMQVE VSVRIS

QVAM

AVSPICIIS DIVINIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO

D O M I N O

FRIDERICO CHRISTIANO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE SILESIAEQVE  
DVCE RELIQUA BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI RELIQUA

EX DECRETO ET AVCTORITATE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CAPESSENDIS

DIE XXI. IVL. MD CCLXIV.

PVBLINE DEFENDET

IOANNES FRIDERICVS HAVSCHILD

ADVOCATVS DRESDENSIS IMMATRICVLAT.

ERLANGAE  
LITTERIS WALTHERIANIS.

1764, 2

J. C. Bocholz. Hoff  
Gothof. Juli.



DESTATATIO IMPARATRIS LUDVICI  
DE  
HERCULANAS A MATER HED  
POSSESSORI RESTITUTIENDIS  
TOMAUE USARI

VASCULUS DIVINITAS  
RECTORE ACADAMIE MUNICIPALITATIS  
SERENISSIMO PRINCIPAE VC MONDO  
D O M I N O  
FRIDERICO CHRISTIANO  
WILHELIIO BRUNDINIANO BORGIAE MUNICIPALIA  
DUX AVGVSTVS BURGUS VADUZUM TERRITORIUM  
EX DECIMO ET ACTO LITATATE

ILLUSTRIIS ICOTORUM INGENII  
IN MIMA TERRITORIUM INGENII  
SAMMIS IN ATRIOE URÆ HONORAV

RITTE OPERISENDIS  
DIE XXXI IANUÆ MDCCXIV  
SABATO DE PRELIMINIS  
ADAGIIS PRAESEPTIS IMMUNITATIS

FRIDERICUS  
ILLITIS MUNICIPALIBUS

ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO QVE DOMINO  
DOMINO  
LEOPOLDO NICOLAO  
LIBERO BARONI  
ABENDE  
DYNASTAE IN ALTIESSNITZ  
RELIQVA  
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE  
CONSLIARIO INTIMO  
SVPREMI APPELLATIONVM COLLEGII  
DRESdensis PRAESIDI

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO  
ET  
MAECENATI INDVLGENTISSIMO

IN AVGVRALEM HANC DISSERTATIONEM

RELIGIOSISSIMA MENTE

D. D. D.

VITAM LONGAEVAM ET PERENNEM FELICITATEM

SVMMA ANIMI PIETATE

PRECATVR

SE SVAQVE

EIVS GRATIAE PROPENSISSIMAE

TRADIT ATQVE COMMENDAT

CONSELLARIO INTIMO

SACRUM ALLELUIATIONA COITTELLI

RESONANS TERRA

CLIENS ADDICTISSIMVS

IOANNES FRIDERICVS HAVSCHILD.



FRVCTIBVS  
A MALAE FIDEI  
POSSESSORE RESTITVENDIS.



§. I.

Cum Argumentum, quod disceptationi proponimus, in foro saepissime occurrat, *Inquit iuris* *ratio exponi-*  
magnoque doctorum dissensu in utramque partem ventiletur, in illo dilucidando operam nostram conferentes rem non  
inutilem nos aggressuros esse, confidimus. Enimvero,  
possessor malae fidei victus sive in hereditatis petitione, sive in  
rei vindicatione aut alio iudicio singulari versetur, ut rem  
petitori cum fructibus perceptis et percipiendis restituat,  
condemnari solet. Hinc quaeritur, quid hic in restituo-

A

nem

## 2. DISPUTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

nem veniat, num ad percipiendos fructus, eorum, qui percepti sunt, usurae referendae, et haec a possessore victo praestandae sint. De eo aliisque hic occurrentibus quaestionibus vires experiemur, et quidem, ut ordine atque methodo congrua progrediamur, praemissis iis generalioribus, quae ad intelligentiam rei luculenter facere videntur, primo historiam huius doctrinae ex iure Romano pertractabimus, postea rationes, quae pro unaquaque parte militant, enarrabimus, nostramque opinionem subiiciemus, denique responsis prudentum illam confirmabimus.

### §. II.

*Possessor  
aut bona  
fidei aut  
malae.*

Vt igitur notiones hic occurrentes breuiter saltem exponamus, comperrum est, rem alienam vel bona vel non bona fide possideri, l. 3. §. 22. D. de acqu. vel amitt. poss. Illud, quando ignoramus, rem esse alienam, l. 3. D. ad l. Fab. de Plag. Itaque bonae fidei emtor dicitur, l. 109. de Verb. Sign. qui ignorauit, rem esse alienam, aut putauit, qui vendidit, dominum esse, et ius vendendi habere. Mala fide autem possidet, qui intelligit, alienum se possidere, tanquam suum, l. 38. D. de usurpat. Sic et CONSTANTIN. lib. 1. Epit. Tit. 3. καλῇ πίσει κατέχει, inquit, τόπεσιν, ὅντες εἰδὼς, ὅτι ἀλλότριον τὸ πράγμα, ἀλλ' ἀπατόμενος, καὶ νομίζων δικαῖος κατέχειν αὐτὸν, οὐ καλῇ πίσει, τόπεσι, ξένον ἔναιαι γυνόσκον τὸ πράγμα, B. F. tenet, id est, non sciens, quod aliena res, sed errans, et putans, iusto tenere illam, aut m. f. hoc est, alienam esse cognoscens rem. BRISSON voc. Bonus. Et b. f. quidem professor rei alienae fructus omnes percipiendo sibi acquirit, nec rem restituens, ullos fructus, quos ex illa percepit, dum

dum in b. f. perseuerauit, praeter extantes, necdum consumtos aut plane non perceptos domino superuenienti praestare tenetur, l. 48. D. de *acqu. rer. dom.* sed eos suos facit, l. 78. D. de *rei vind.* et ad eam CVIAC. Lib. XI. Obs. 39. dummodo haec possessio sit iusta, nempe iusto titulo, vel iusta acquirendi causa nitatur, quales l. 3. §. 21. de *acqu. vel amitt. poss.* memorantur. §. 35. I. de *rer. div.*

Nolumus hic item dirimere inter Bachouium Viniuumque, qui bonam fidem, et Huberum, qui culturam et curam, nec non perceptionem pro fundamento accipit, neque de eo, an possessor b. f. etiam illos fructus, quibus factus est locupletior, dissentientes colligere. Contuli posunt COCCERI Ius Ciu. Controu. ad Lib. VI. Tit. I. de *rei vind.* et BERGER. disp. de fructibus atque impensis.

### §. III.

Sed, ut malam fidem posuimus in rei alienae scientia, ita m. f. possessor est, qui fundum alienum sciens Malae fidei possessor. possidet §. 35. I. de *rerum div.* Talis autem possessor, qui ab initio rem sine vlla iusta causa vi aut furto aut dolo occupauit, nomine *praedonis* venit, l. 11. 12. 13. §. 1. D. de *hered. petit.* l. 25. §. 3. d. tit. Deinde etiam omnis possessor, qui rei possessionem ab initio b. f. accepit, statim a momento, vbi incipit, rei alienae scientiam habere, pro m. f. possessore habetur, quia per hoc bona fides ipso facto amittitur, l. 23. §. 1. D. de *acqu. rer. dom.* Iam quia valde incertum est, quando possessor rei alienae scientiam primo acceperit, constituunt leges, post li-

A 2 tem

## 4 · DISPUTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

tem contestatam, quinimo post controversiam motam omnes ex prouisione legis incipere m. f. possessores esse, l. 20. §. 1. l. 25. §. 7. l. 40. pr. D. de her. petit, nec obstat hic l. 25. §. vlt. D. de usur., vbi Julianus ait, b. f. emtorem quod ad percipiendos fructus intelligi debere, quamdiu fundus non evictus fuerit, quippe hic Julianus potius de facto, quam de iure possessoris fructus percipientis loquitur: hunc enim, dum adhuc sub indice lis sit, illos percipere, quos deinde, si sententia condemnatus fuerit, restituendos, si absolutus fuerit, pleno iure retinendos esse, vti contra WISSENBACH. ad tit. D. de rei vind. n. 19. aliosque hanc speciosam antinomiam cum aliis conciliare student, VLR. HVB. ad tit. D. de hered. pet. n. 17. et 10. HENR. BERGER. disp. de fructibus et impensis, Cap. I. §. 7. Constat vero in iure nostro saepissime occurrere nomen *praedonis*, neque semper furem, raptorem, sive violentum inuasorem alienae rei notare, sed et alias et speciatim quilibet iniustus et m. f. possessor *praedo* vocatur, l. 55. D. de condic. indeb. l. 22. D. de pignorat. act. l. 7. §. 4. D. Commun. Diuid. In eo enim differt *Praedo* a simplici m. f. possesso, quod ille interrogatus, cur possideat, responder, quia possideo; nec contendit, se heredem vel per mendacium, nec villam causam possessionis potest dicere, l. 11. 12. D. de hered. petit. hic autem semper titulum aliquem singit atque praetendit, l. 1. §. 9. D. si quis omis. cauf. restam. vid. CVIAC. ad l. 126. de R. I. Ideoque ANT. FABER in Rational. ad l. 13. §. 8. D. de hered. petit. scribit, non omnem m. f. possessorem esse *praedonem*, licet omnis *praedo* sit m. f. possessor.

§. IV.

## §. IV.

Cum principaliter hic loquamur de fructibus, quae possessores pro qualitate possessionis suae restituere et praestare debent, necesse est, ut etiam horum diuisiones, in iure occurentes, praemittamus. Sumuntur autem fructus stricto sensu, quos ex corpore rei natura progingit, ac proinde et ab usuris, pensionibus, mercedibus, ceterisque obuentionibus distinguuntur, l. 39. §. 1. de legat. I. quia hos proprie non fructus esse, sed vicem fructuum obtinere asseritur, l. 34. D. de usur. l. 62. D. de rei vind. l. 121. D. de verb. sign. Verum sensu latiori et generatim per fructus intelligimus omnem redditum, utilitatem et accessionem, quae natura vel hominis cultura ex re corporali vel incorporali vel occasione eius l. 19. §. vlt. D. de usur. l. 4. §. 2. D. se seru. vind. colligitur atque percipitur. In fructu enim id esse intelligitur, quod ad usum hominis inductum est, l. 42. D. de usu et usur. Hoc generali sensu etiam hic accipimus, quum res petitori cum omni causa restituenda sit, l. 17. 24. de rei vind. Sunt itaque hi fructus vel naturales, qui ex corpore rei proueniunt, et hi, si in illis proferendis industria humana plurimum confert, industrielles, sive minus, et potius natura praeualet industriae, naturales in specie dicuntur, vel sunt Ciuiiles, quos occasione rei beneficio legis percipimus, l. 59. D. de usur. l. 45. D. de usur. §. 37. I. de rer. dom. l. 62. D. de rei vind. Alio respectu fructus aut a possessore percepti sunt, hoc est, a re, vnde prouenerunt, separati, l. 78. D. de rei vind. et quidem ita, vnde sive tanquam extantes in bonis possessoris adhuc reperiuntur, l. 22. C. de rei vind. sive tanquam consumti vel

DISPVAT. IN AVGVR. IVRID.

naturaliter vel per alienationem in bonis possessoris esse desierint, l. 25. §. 11. D. de hered. petit. aut pro percipiendis habentur, scilicet ratione petitoris, quos hic percipere potuisset, si ei re frui licuisset, l. 33. 62. §. 1. D. de rei vind. plures diuisiones hic omittimus.

§. V.

*De restitu-*  
*tione fru-*  
*ctuum m. f.*  
*possessoris.* Circa restitutionem fructuum euidens est de m. f. possessore, etiam secundum merae rationis dictamina illum, utpote, qui non modo ratione rei sed et ex suo facto illico tenetur, et praeterea semper in mora esse censetur, cum re etiam fructus, tam quos perceperit, quam quos percipere potuerit, praefare debere, quia certissime omne damnum, quod verus dominus ex eo, cum re sua tamdiu carere oportuit, sentit, vel lucrum, quod certe expectare potuit, exinde vero amisit, a praedone refaciendum est. Neque minus iure Romano m. f. possessor, nihil ex fructibus suum facit, sed omnes restituit, l. 22. C. de rei vind. §. 2. I. de off. Iud. §. 33. D. de rer. div. l. 2. C. de fruct. et lit. exp. l. 33. et 63. §. 1. de rei vind. perceptos etiamque consumtos eorumque loco aestimationem, neque non ad percipiendos tenetur, l. 62. §. 1. l. 33. D. de rei vind. l. 2. C. de fruct. et lit. exp. l. 39. §. 1. de legat. I. Cap. II. X. de restit. spoliat. Neque contraria est l. 17. C. de rei vind. qua m. f. possessor fructus restituere iubetur perceptos, sed de percipiendis nihil dicitur, propter ea tamen hos ibi non excludi, docet BERGER disp. de fruct. et impensis Cap. III. §. 1.

§. VI.

## §. VI.

Iuuabit forte de possessore m. f. exponere, qualis *doctrinae*  
*doctrinae* de restituendis ab illo fructibus in iure Roma-*huius bife-*  
*no fuerit historia atque fatum. Nempe iam olim electis**ria iure*  
*Regibus tempore liberae Reipublicae in XII. Tab. sanc-**antique.*  
*tum fuisse, FESTVS sub voc. Vindiciae,* auctor est:

Si vindiciam falsam tulit, praetor rei siue stlitis ar-  
bitros tres dato, eorum arbitrio fructus duplio-  
ne decidito.

Hoc IAC. GOTHOFREDVS ita παραφεζει: mala fi-  
de possessionem si quis nactus sit, praetor ei rei defi-  
nienda tres arbitros dato, eorumque arbitrio m. f.  
possessor fructus in duplum praestato. Ex hac itaque  
sanctione poenali illum, qui in rei vindicatione succu-  
buerat, fructus duplos restituere debuit. Post haec circa  
restitutionem a possessore m. f. praestandum nihil in  
iure sancitum reperimus, vsque ad SCtum ad Oratio-  
nem D. Hadriani, non vii HVBERVS ad D. de her.  
pet. errauit, Traiani, A. V. C. 882. Q. Iulio Balbo  
et Publico Iuuentio Celso coss conditum, quod HOF-  
MANNVS hist. iur. Tom. I. p. 386. cum HOTOMANNO  
Iulianum, HEINECCIVS vero hist. iur. Lib. I. §. 286.  
cum aliis rectius Iuuentianum nominat, tanquam insigne  
huius generis monumentum integrum extans in l. 20.  
D. de hered, perit. ibique et in l. 25. d. tit. luculentus  
Vlpiani Commentarius. Agit vero de accessionibus fru-  
ctibusque hereditatis, et quidem circa m. f. possessorem,  
verbis: eos, qui bona inuasissent, cum scirent ad se non  
pertin-

pertinere, etiam si arte litem contestatam fecerint, quo minus possiderent, perinde condemnandos, quasi possiderent.  
 l. 20. §. 6. d. tit. Et quidem illic licet de fructibus nihil speciatim constitutatur, Vlpianus tamen in dicto commentario de his tractat passim, praecipue autem l. 25. §. 4. profert, *fructus*, non quos percepit, sed quos percipere debuisset, eos praestaturos ex SCto, unde apparet, in SCto haec de fructibus olim extitisse, sed incuria Tribonianii vel alio fato omissa, quod satis probatur ex Const. M. Antonini Cod. Tit. de petit. hered. vbi in SCto a D. Hadriano suo facto haec de fructibus sancta esse refert. Quia autem in hoc SCto nulla prorsus mentio fiat de duplis fructibus, quorum restitutio ex legibus XII. vti supra monuimus, m. f. possessori in poenam iniuncta sit, et in Digestis nusquam eorum mentio fit, antiqua illa lex deinceps rursum abolita esse, videri potest. Sed perperam hoc aliquis credat, etenim, non tantum vii IAC. GOTHOFREDVS ad l. 1. Cod. Theodos. de fructibus et lit. exp. et CVIACIVS Obs. Lib. IX. Obs. 19. cum PETRO PITHOEBO sentiunt, maiores *fructus*, qui in Vlpiani l. 6. §. vlt. D. mand. et l. 12. §. 1. D. de distrib. pign. memorantur, nihil aliud quam isti dupli esse videntur, sed eos ipsos nominat PAVLVS recept. Sent. Lib. V. Tit. 9. et AMBROSIVS Epist. 82. n. 4. ad Marcellum.

\* Plura ad d. l. XII. Tabb. dabunt, si placet consulere, Grauina, Funccius, Hofmannus hist. Iur. Tom. 2. Branchu Obs. ad Ius Rom. in addend. Euerh. Otto in Praef. Tom. III. Thes. Iur.

## §. VII.

## §. VII.

Praeterea in C. Theodos. lib. IV. Tit. 18. *de Eadem iur, fruct. et lit. expens.* extat de hoc insignis constitutio V. A. medio.  
**L**ENTINIANI et VALENTIS de anno C. N. 369, quo  
 constitutum est, a m. f. possessore non tantum perceptos  
 fructus duplos praestari, sed etiam qui percipi potuerunt  
 per diligentem culturam, deinde etiam bonae fidei possesso-  
 rem per litis contestationem in m. f. constitutum, duplos  
 hos fructus praestare, Gothofred. in Comment. ad h.  
 I. Vol. I. Cod. Theod. p. 140. ex. edit. Ritter. qui  
 tamen, si ibidem tanquam magnum discriminem indicat  
 quod m. f. possessor ex eo tempore, quo res in iu-  
 dicium deducta sit, fructus duplos constitut, manife-  
 stum errorem errauit, quippe quod aduersatur Consti-  
 tutionis expressis verbis: *Praedoni quidem ratio a die inuasi loci usque ad exitum litis habeatur;* itaque Go-  
 thofredus potius de b. f. possessore illud afferere de-  
 buisset, nisi forte hic error festinantis calami vel preli  
 existat. Certe Gothofredus sibi ipsi contrarius esset,  
 propterea, quod deinceps statuit, iure veteri ante hanc  
 legem neque b. f. possessorem duplos fructus praestitis-  
 se videri, m. autem f. possessorem non nisi a die ac-  
 cepti iudicii, proinde haec, ait, noua admodum lex  
 est. Secundum Theodosii quandam constitutionem  
 anno 380. editam, quae extat in Cod. Theodos. Lib. IV.  
 Tit. 19. *de usuris rei iudic.* Imperator ille sanciuit, de-  
 bitorem m. f. qui post iudicii finem moram afferat  
 solutioni, in duplicitum centesimalrum conueniri debere  
 usurarum. Quod a se exemplo aequabili ex iuris pri-  
 sci formulis introductum afferit Imperator, ut quia m.

B f. pos-

f. possessores in fructus duplos conueniantur, aequo m.  
f. debitores simile damni periculum persequantur. Hic  
iuris prisci formulisi nihil aliud quam XII. tabb. indi-  
cari, de quibus supra iam tractauimus, non necesse  
est, amplius ostendere.

## §. VIII.

*Iure Insti-  
tutio-*  
matio.  
In Codicem suum repetitae preelectionis migrare  
iussit deinceps Valentianii et Valentis supra memoratam  
Constitutionem Iustinianus, ita tamen a Triboniano truncata  
mutilatam et interpolatam, ut omnia, quae de  
duplis fructibus a m. f. possessore restituendis ibi sancta  
fuissent, ex illa omiserit, ex quo facile animaduertendum,  
prisci iuris severitatem illi displicuisse, incertum autem,  
qua ratione ad id in primis commotus fuerit. Quoniam  
vero prorsus ad institutum nostrum facit haec constitutio,  
non male me rem acturum existimo, si illam ex Codicis  
Theodos. Tit. de fruct. et lit. expensis integrum hic appo-  
no iis, quae in Iustinianeo Codice vel murata vel pror-  
sus resecta sunt, diuersitate literarum notatis. Ea qui-  
dem ita se habent:

Impp. Valent. et Valens AA. Olybrio PF. Vrbi.

Litigator vicius, quem inuasorem alienae rei praedonemue  
constabit, sed et qui post conventionem rei incubarit (*in-  
cubit*, Trib.) alienae, non in sola rei redhibitione te-  
neatur, nec tantum simplorum fructuum preestationem,  
aut ipsorum, quos ipse percepit, agnoscat: sed duplos  
fructus, et eos, quos percipi oportuisse, non quos eum  
redegisse constabit, exoluat. (nec tantum fructuum preesta-  
tionem)

*tionem eorum, quos ipse percepit, agnoscet, sed etiam eos, quos percipuerre potuisset, Trib.). Et praedomi quidem ratio a die inuasi loci vsque ad exitum litis habeatur: ei vero, qui simpliciter tenet, ex eo, quo re in iudicium deducta scientiam malae possessionis accepit, (ex eo tempore, ex quo re in iudicium deducta, scientiam malae fidei possessionis accepit Trib.). Heredis quoque succendentis in vitium par habenda fortuna est. (Hic plura sequuntur a Tribonia no refecta.).*

*En luculentum exemplum, quam turpiter fallatur, qui non ultra Iustinianum Codicem progrediens, constitutiones ibi reperiendas fine vltiori disquisitione pro sanctis eorum Imperatorum accipit, quorum nomina inscriptio p[ro]fe fert, dum Tribonianus eiusque adiutores, non titubante animo, sed imperatoria auctoritate freti, vti ipse Iustinianus in const. de emendat. Cod. ait, potius in eo falsi genus quoddam ad miserunt, veritati que fucum fecerunt. Quid vero profuit Triboniano, inquit Iac. Gothofredus in proleg. ad Cod. Theodos. Cap. IV. retento Imperatorum nomine Constitutiones edere, cum iis aliam sententiam affigat, sic ut potius Iustiniani sint, quam illorum Imperatorum? Sic etiam hic l. 2. C. de fruct. et lit. exp. non tam Valentiniani et Valentis, quam potius Iustiniani Constitutio habenda est, qui poenam dupli legis immutatione aboleri, et restitutionem fructuum proprius ad illas leges, quas de hac re adeo merae rationis dictamina dicitant, decidi voluit.*

## §. IX.

*Cum inde tam in rei vindicatione, quam in hereditatis petitione possessor ad rem restituendam condemnatus* B 2 *fructus restituendi, quomodo simul*

~~computen-~~  
~~tur, exami-~~  
~~natur.~~

simul expresse ad fructus perceptos et percipiendos teneantur, considerandum est, quid inter hos fructus referendum, et quomodo computus constituendus sit. Namque semper fere finita lite principali circa descriptionem horum fructuum noua lis oritur, et quidem plurimis tricis obnoxia. Quodsi enim viecto possessori ad prouocationem peritoris victoris ingungatur, ut fructuum rationem reddit, nihil aliud efficiet, quam ut illam quidem edat tandem, sed modo plane insufficienti et incongruo. Tunc sententia iudicis ab illo nouam melioremque rationem exponset, et ille nouam quidem sed nondum meliorem dabit. Itaque tempus inutilibus pugnis consumitur, et actor saepe fatigatur, ut ab actione plane desistat. Pinguorem itaque usurum in foro exhibebit ille modus procedendi, dum peritor ipse computum edit tales, in quo pro diuersa qualitate, aut certum quid pro locario fundi possessori annuo definit, aut quatenus expediri potest, possessorem pro fructibus seu ex fructibus certas pecuniae summas percepisse ac redegit, istas restitui petit, et quidem in vtroque cum Interesse vel usuris a die perceptionis.

## §. X.

*Possessor m.  
f. an etiam  
ad fructuum  
usuras te-  
neantur. Ra-  
tiones pro  
negatiua.*

De hoc tamen dissentus adest doctorum eximus, an m. f. possessor, si in fructus perceptos et percipiendos condemnatus sit, hic intelligatur perceptorum quoque usuras sive id, quod interest, praestare debere. Et quidem, qui negatiuam defendant, in primis sequentes eius opinionis proferunt rationes. 1) Regulam esse expediti iuris; neque de fructibus usuras praestari neque fructuum fructus. L. 15. D. de usuris L. 51. §. 1. D. de hered. pe-  
tit. 2) Pensionum vero, quae pro locatis praediis rusti-  
cis

cis percipientur, eandem esse rationem ac fructuum, quippe horum surrogatum, WERNHER P. VII. Obs. 13. n. 14. BERGER Oec. Iur. Lib. II. Tit. 3. th. 24. not. 4. Itaque etiam de locariis neque fructus neque usuras deberi. Accessiones enim accessionum non debentur, nec commodorum commoda, L. 2. §. 5. D. de administr. rer. ad civ. pert. Sic etiam 3) usuras fructuum pertinere tantum ad lucrum cessans, quod non praefertur, cum possessor ex l. 5. C. de rei vind. tantummodo de damno dato teneatur. Denique 4) sub fructibus in re iudicata usuras haud contineri, pro comperto assert WERNHER P. X. Obs. 300. et sententiam adducit Fac. Iurid. Vitemb. de anno 1721. qua possessorem in fructus perceptos et percipiendos condemnatum usuras non debere, nisi a tempore rei iudicatae pronunciatum est. Hisce freti rationibus ICTI Lipsiensis in causa Principis Radzivill contra Comitem de Flemming, cum hic in restitutionem praedii cuiusdam rustici ab eo eiusque antecessoribus iniuste possessi cum fructibus perceptis et percipiendis condemnatus fuisset, consulti M. Sept. 1755 responderunt: daß Kläger von dem Kloßischen Bauergut mehr als dasjenige Quantum, wovor solches verpachtet, oder sonst genügt werden können, zu fordern nicht befugt sey. Et in eadem causa ad implorationem peitoris Scabini Ienenses M. Nov. 1758. pronunciare non dubitarunt; daß Implorat die von dem Kloßischen Bauergut eingehobenen Nutzungen besser als fol. 12. Actio. sub Lun. geschehen, zu berechnen, und insbesondere die von dem Kloßischen Bauergut eingehobenen PachtGelder von Jacobi 1741. an läyllich mit 100. Rthl. und von Johannis 1746. an mit 200. Rthl. in Ansatz zu bringen. Dahingegen Imporantens Suchen wegen der in der Liquidation fol.

## 14 DISPVTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

133. Vol. sub E. angesehenen Zinsen, in Betracht solches gegen den  
L. 15. D. de *vfuris et fructibus* läuft, nicht statt hat.

### §. XI.

Rationes  
Affirmati-  
vam fabi-  
lentos.

Grauioris tamen ponderis rationes videntur affirmandi, quod m. f. possessor de fructibus omnino etiam vfururas restituere et praestare debeat. Primo enim perspicuae extant in iure Ciuli leges hoc declarantes. Sic l. 5. C. de *rei vind.* dicitur: Domum, quam ex matris successione ad te pertinere et ab aduersa parte iniuria occupatam esse ostendis: praeses prouinciae cum pensionibus, quas percipit aut percipere poterat, et omni causa damni dari restitui iubebit. Per l. 62. §. 1. de *rei vind.* constare, Papinianus ait, cum de fructibus aestimandis quaeratur, animaduerti debere, non, an m. f. possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset, quam sententiam et Julianus prober. Paulus l. 33. d. tit. docet, fructus non modo perceptos, sed et qui honeste percipi potuerint, aestimandos esse. L. 4. C. unde *vi* sanctum est, reum omnem causam praestare oportere, fructus etiam, quos verus possessor percipere potuerit, non tantum, quos praedo perceperit. L. 20. D. de *bered. petit.* quae continet Vlpiani interpretationem SCti Iuuentiani, et quidem §. 12. de rebus ex hereditate ab iniusto possessore venditis, arbitrio petitoris relinquit, an hic vel rei computationem cum fructibus, vel pretii et vfurarum post item motam facere velit, vel iuxta §. fin. ei concedit iuramentum in item, l. 25. D. eod. Paulus rec. sent. I, 13, 8. 9. Praedo fructus suos non facit, inquit Paulus, l. 40. D. de *bered. petit.* sed augent hereditatem

tatem, ideoque eorum quoque fructus praestabit. Gaius I. 19. *de usuris* de Gallo Aelio refert, putare cum, quod si vestimenta aut scyphus petita sint, inter fructus numerari, quod locata ea re mercedis nomine capi potuerit. Sicuti Papinianus I. 78. *de reg. iur.* docet, cum de fraude disputetur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuerit, vbi in primis Dionys. Gothofredus in not. sub *a* legendus. Secundum Constitutionem M. AElii Antonini I. Cod. *de petit. hered.* post item contestatam tam fructus non venditarum rerum, non solum quos percepunt, sed etiam, quos percipere poterant, quam usurpas pretii rerum ante litis contestationem venditarum omnimodo reddere compelluntur Lege 22. C. *de rei vind.* certum est, m. f. possessorem solere omnes fructus cum re ipsa praestare. In restitutione fructuum illorum, quos culpa sua possessor non percepit, sive illorum, quos percepit, tam in hereditatis, quam singularium rerum petitione eadem ratio pene habetur, si praedo fuerit, §. 2. I. *de offic. Iud.* porro I. 17. 20. 35. 75. D. *de rei vind.* I. 2. C. *de petit. hered.* I. 2. C. *de fruct. et lit. expens.* I. 4. C. *vnde vi* I. 1. C. *de fide et iure bastae.* Sufficient, opinor, hae leges, ad fulciendam eorum sententiam, qui iure Romano viectum possessorem fructuum perceptorum usurpas seu tanquam illorum annexum seu tanquam percipientrum speciem praestare concludunt. Quid vero? Num itaque corpora in iudicio usurpas recipere debent? Minime, sed pretia solum et sortes rerum venditarum, aut quibus vendi potuissent, I. 1. 2. C. *de petit. hered.* Si vero praedium rusticum vel urbanum locatum conductum fuerit, vel alia quaevis res, quae in restitutionem venerit, tunc omnino locarii usurpas petere re-

etc

Et licet, cum locatio conductio absque dubio venditioni sit proxima, pr. Inst. de loc. cond. l. 2. D. loc. cond. Insuper si possessorem victum consideramus, quasi negotiorum gestorem, etiam ex eo Capite ad usuras tenetur. l. 24. C. de usur. Quum porro praesens quaestio occurrat modo in iudiciis b. f. eo minus dubium est, quin omnino usurae fructuum praestari debeant. Usurae enim vicem fructuum obtinent, et merito non debent a fructibus separari: et ita in legatis, fidei commissis, et in tutelae actione et in ceteris iudiciis b. f. seruatur, l. 34. D. de usur. et fruct. BERGER Oec. Iur. Lib. II. Tit. II. thes. 34. not. 8.

### §. XII.

*Ad argu-*  
*menta §. 10. gata* facilius corruent, quippe ad 1) VLR. HVBERVS ad  
*respondetur.* Lib. XXII. Tit. I. D. de fructibus p. m. 109. non modo  
 usu fori nostri fructuum in condemnationem deductorum, si quantitatis aestimatae seu taxatae sint, usuras  
 sine dubitatione tam ante litem contestatam in iudiciis  
 b. f. quam postea praestari et adjudicari afferit, sed  
 etiam antinomiam l. 15. D. de usuris et L. 51. §. 1. C.  
 de bered. perit. cum legibus §. praeced. allegatis ex Mor-  
 nacio soluere studet, et illis per posteriores l. 12. et 23.  
 C. de usuris derogatum esse ostendit. Deinde ad 2)  
 Pensionum et fructuum diuersa est ratio, cum hi per  
 se illiquidum quid, illae vero liquidum ad terminum  
 solutionis circum scriptum constituant; hi nullam lucran-  
 di utilitatem in natura praebant, pensiones utique a die  
 recepti, neque pretium, quod loco rei, sit res ipsa,

ANT.

ANT. FABER ad l. 34. *de pecul. in rat. duc.* Porro ad 3) an usurae fructuum pertineant tantummodo ad lucrum cessans, ideoque non praestentur, illud valde dubium est, neque ad decisionem rei multum faciet. Compertum enim est, lucrum, quod certum est, cessans, eiusdem rationis esse, atque damnum datum. Et quod denique 4) Wernher l. alleg. negat, in re iudicata sub fructibus usuras contineri, hoc inuoluit petitionem principii, quippe quaeritur, quo iure sententionantes usuras non subintelligere, et quid demum alias inter percipiendos fructus utiliter referre velint.

### §. XIII.

Neque in Saxonia Electorali per Decis. nouiss. II. *Nova obie-*  
*aliquid in contrarium dispositum repperitur. Loquitur* atio tollitur  
*illa quidem de perceptis fructibus, et iubet illos ita ad* et nostra  
*calculum duci, ut annuus computus deductis impensis* sententia in-  
*necessariis per taxatores iuratos et artis peritos ad cer-* super ex ac-  
*tum quantum referatur, quem m. f. possessor, qualis vnu-*  
*quisque reus a tempore litis motae habendus sit, per tres*  
*vltimos annos ante item motam restituere debeat; de fru-*  
*ctibus ramen percipiendis aut de usuris illud, quod alias*  
*iuris est, intactum dicta relinquit decisio. Et quidem hanc*  
*nostram sententiam omnino aequitatem prae se ferre ciui-*  
*lem, VLR. HVBERVVS loco allegato ostensurus, satis gra-*  
*ue videri, ait, possessoribus m. f. qui de fundis alienis*  
*certas mercedes tot annorum pro fructibus acceperint,*  
*eos sine usuris illas pecunias restituendo defungi. Qui*  
*vero fructus ipsi perceperunt, inquit porro, postquam*  
*hi cum impensis collati, liquida pecuniae summa aestima-*  
*ti sunt, quid est iniquum in eo, quod ab illo tempore*

C

quan-

quantitatis illius usurae praestantur, imo illud nequidem in l. vlt. C. de usur. rei iudicat. prohibitum. Et sane mala fides possessoris loco poenae praemio quasi donaretur, si ille post longam moram nil nisi fructus perceptos sine usuris restituere, neque id, quod interest, simul praestare debeat, dum unusquisque m. f. possessor propterea omnem lapidem moueret, ut moras quounque modo liti obiciendo, possessionem suam et perceptionem fructuum eomagis diuturnam reddere posset.

### §. XIV.

*Responſa  
ICtorum  
adūciuntur.*

Hanc itaque nostram et multorum Dd. consentientium opinionem, ut pote rectam, vnu fori hodieerno ut plurimum receptam atque probatam esse, exempla indicaat, quae nunc in medium proferemus. Sic enim Collegium Scabinorum Lipsiensium ad leuterationem contra sententiam §. 10. supra allatam ita hanc mensi April. 1760. reformauit, daß Kläger noch zur Zeit mit seinem Suchen wegen der in der Liquidation fol. 133. Vol. Z. angegestellten Zinsen von denen Pachtgelbern des Kloßischen Bauergutes nicht schlechterdings abzuweisen, sondern diese Forderung bis zu fünfiger Constitutione liquidi, und ob sodean Beklagtens Principal auf solche Pachtgelber annoch etwas heraus zu geben habe, sich äußern dürfte, billig auszusezen. Pariter atque cum mortuo Domino Comite de Flemming successor eius feudalis praeedium allodiale quoddam de facto vi occupauerat, et lite propterea illi ab heredibus allodialibus intentata, ad restituendum praeedium cum fructibus perceptis et percipiendis condemnatus, atque ad iteratam petitionem illi sententia iniunctum esset, daß er ein richtiges Verzeichniß alles dessen,

was

was er bey Besitznehmung des Gutes Trebniz darinnen gefunden, heraus zu geben, die daraus bis zu erfolgter Sequestration erhobenen Nutzungen zu berechnen - - wie er solches endlich zu bestärken sich getraue - - bey so Achsr. Strafe schuldig. Was aber die fructus percipiendos betrifft, siehet Klägern fren, solche bey Defecturung mit zu fordern etc. hinc itaque illae administrationis computus a Reo editus fuerit, et fructus specificie indicati mere in variis censibus pecuniae vel frumenti constiterint, cum allegatione termini quo soluti et percepti fuerint, in sententia rmae instantiae restitutio quidem cum usuris, modo tamen rei iudicatae, iniuncta fuit, sed deinde coram summo iudicio Prouocationum Dresdensi mense Aug. 1758. hoc ita reformatum fuit, vt reus cum fructibus pecuniae simul ad usuras ab eo tempore, quo vnaquaque summula a possessore victo percepta fuerit, teneatur, et quidem ex ea ratione, weil beklagter Erblasser in dem Urtheil Fol. 218. Vol. 1. pro m. f. possessore geachtet, und die Klägern zugehörigen Einkünfte des Gutes Trebniz von Zeit der Erhebung an in seinen Nutzen verwendet, wenigstens verwenden können, eben derselben Beförderung seines und Entziehung des dem Gegenthell zukommenden Nutzens, auch von den Klägern vorenthaltenen Remissions-Kosten sc. sc. zu behaupten steht. Eandem fere sententiam comprobarunt ICti Vitembergenses in saepe memorata causa, Klotzschianum praedium rusticum concernente, mense Aug. 1755. consulti respondentes, si praedium mala fide possessum locatum fuisset, loco fructuum locarium cum usuris recte peti, sin minus, reum de fructibus perceptis rationem exhibere, percipiendos autem cum damnis ipsum petitorem indicare debere.

## 20 DISPUTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

Quia hoc responsum apprime facit ad illustrandum hoc argumentum, congruens videtur, illud hue apponere integrum, sic se habens: Ist Frau Eva Charlotte, gebohrne Gräfin von Flemming, vermählte erste Hof-Marschallin und Gräfin von Einsiedel, als Erbin ihres Vaters, des gewesenen Generals und Gouverneurs zu Leipzig, Herrn Joachims Friedrichs Grafens von Flemming, bey der Fürstl. Regierung zu Altenburg dahin rechtskräftig condemnaret, daß sie das sogenannte Klögische Bauer-Guch denen Herren Fürsten Gebrüdern Radzivill als Erben Frauen Teelen gebührner Prinzessin Radzivill, zulegt verstorbenen Gräfin Sapieha, cum fructibus perceptis et percipiendis, von der Zeit an, da dessen erwehnter ihr Herr Vater zu Anfange des 1729sten Jahres nach Ableben des jüngern Herrn Jacob Carl August Huberts Grafen von Flemming, als dessen Successor fidelis, sich angemasset, und bis an sein im Octobr. 1740. erfolgtes Ende besessen, und da derselbe die sub A. beigelegte Rechnung und Specification derer fructuum perceptorum & percipiendorum im Namen derer Herren Klägere gefertiget, so will er belehret seyn:

Ob solche zu Recht bestehen könne, oder wie sie sonst einzurichten?

nach mehrern Innthalte besagten Berichts.

Ob nun wohl kein Zweifel, daß ein Possessor malae fidei, welcher ein ihm nicht gehöriges Erbschafts Stücke iniuria occuparet, und mala fide sine titulo besitzen, solchen Anteil eum pensionibus s. fructibus omnibus, quos perceptit, aut diligentि cura petitior percipere potuerat & omni causa damni dati, ohne daß ihm weiter etwas als impensas necessarias zu deduciren, utiles aber sine laesione prioris status rei zu auferiren, nachzulassen, restituiren müsse, L. 5. C. de rei vind. imputare enim sibi debet, quod

se

DE FRVCTIB. A M. F. POSSESS. RESTIT. 21

se immiscuerit rei alienæ, adeoque etiam damnum fundis datum restituit, qui aliter, quam oportuit, culti sunt, L. 45. D. de petit. hered. generaliter autem cum de fructibus estimandis queratur, constat, animadverti debere non an malæ fidei possessor fruturus sit, sed an petitor frui potuerit, si possidere licuisset, L. 62. §. 1. de rei vind. add. L. 4. C. unde vi, und solchergestalt die Frau Beschlagte sich nicht entbrechen mag, das jährlich erhobene Pacht. Geld, im Fall das Bauerguth von ihrem verstorbenen Herrn Vater verpachtet gewesen seyn sollte, an Klägern als fructus perceptos zu restituiren, über dieses zwar nach dem L. 51. §. 1. D. de hered. petit. et L. 15. D. de usuris seinen guten Grund hat, quod fructuum post hereditatem petitam perceptorum, aequae ac prius perceptorum, qui a quasi malae fidei possessore condicuntur, usurae non praestantur, ungeachtet es ratione fructuum post item contestatam venditorum eine ganz andere Beschaffenheit hat, da usurae pretii ex fructibus quaelisti et in sortem redacti ex die litis contestationis allerdingz gefordert werden können, L. 1. C. de petit. hered. immassen bekannt, quod non corpora ipsa in iudiciis usurae recipiant, sed pretia solum et fortis, folglich es Klägerin frenstehen würde, statt derer fructuum percipientrum usurae locarii zu fordern, besonders da locatio conductio in Ansehung derer fructuum allerdingz eine species venditionis ist, die usurae auch ad fructus civiles gerechnet werden, im übrigen aber, was das Interesse morae anlanget, wobei hauptsächlich auf das lucrum cessans et damnum emergens die Absicht zu richten, verschiedene Doctores der Meinung sind, daß solches nach Anleitung L. 2. §. 8. D. de eo, quod certo loco, ultra legitimum modum usurarum extendiret werden könne, und ad quinceunces usurae, welche nach Anleitung des Reichsabschiedes de Ao. 1654. §. 174. im Römischen Reich tolerirt werden, nicht eben zu restringiren seyn, besonders, wenn der Creditor ein höheres Interesse zu liquidiren und zu erwei-

22 · DISPUTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

sen im Stande seyn sollte, vid. Rec. Imp. de Ao. 1530. et Reform. Pol. de Ao. 1548. und daß der famosa L. vnic. C. de sententi. quae pro eo quod intereſt, welcher des Inhalts ist: quod in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem hoc, quod interest, dupli quantitatem minime excedere debeat, bloß von dem Interesse vnius anni anzunehmen sey, Philipp. in Observ. ad Decisi. Elec. Dec. 29. Obs. 2. folglich, daß anstatt derer fructuum percipiendorum von denen Pachtgeldern wenigstens vsuriae quincunces ultra alterum tantum vsque ad tempus solutionis gar wohl gefordert werden möch-ten, es das Unsehen gewinnet.

Dieweil aber dennoch bei Restitution derer fructuum percep-torum et percipiendorum, worauf res iudicata eigentlich gerichtet ist, in der Regel es darauf ankommt, daß der Possessor rei alienae Rechnung de fructibus perceptis ablegt, der petitio, wie er in denen Legibus heißt, dagegen mit seinen Erinnerungen gehö-ret, ihm auch freigelassen wird, diejenigen Schäden, so ihm durch Vorenthalten seines Eigenthums und derer Früchte selbst, bis zur Zahlungszeit verursacht worden, specifice anzuzeigen, beson-ders auch den Mangel oder Abgang an denen Früchten zu liquidieren, welche er selbst durch bessere Bestellung oder andere Einrich-tungen erlangen können, und hierbei allenhalben des Gutachtens verständiger Oeconomorum sich zu bedienen, anniebt kein Zweifel ist, daß er propter moram debitoris zugleich seine Absicht auf aesti-mationem maximam richten könne, Berger in Elec. Disc. foren. pag. 156. Leyser. ad Pand. Spec. 150. folglich es in dem Falle, wenn Seiten der Beklagtin Herrn Waters das Kloßische Bauerguth die ganze Zeit über vom Anfange des 1729sten Jahres bis zu Ende des Octobr. 1740. verpachtet gewesen seyn sollte, es auf derer Her-ren Klägere Ermessen ankommet, ob sie die versprochenen Pachts-gelder statt derer fructuum percipiendorum annehmen, oder lieber Hier.

Hier von Rechnung fordern wollen, in dem andern Falle aber, und wenn das Bauerguth Pachtweise nicht ausgehan gewesen, Herrn Klägers auf ein Pachtquantum gerichtete Absicht gar nicht statt haben könnte,

Hernächst die vorhandene res iudicata, quae strictissime est accipienda, denen Herren Klägern kein Recht giebt, daß sie statt derer fructuum percipiendorum ein gewisses Interesse morae fordern, geschweige denn, daß sie es ultra alterum tantum der angegebenen Pachtsumme extendiren könnten. Wernher P. 3. Obs. 1. et Vol. 7. p. 361.

So erhellet daraus so viel, daß auf den Fall, wenn das Kloßische Bauerguth verpachtet gewesen, Herren Klägern die von Frau Beklagtin und deren Herren Erblässer erhobene Pachtegelder nebst dem Interesse morae zu 5 pro Cent vsque ad alterum tantum statt derer erkannten fructuum perceptorum et percipiendorum zu fordern unbenommen, außerdem aber die Herren Kläger Rechnung de fructibus perceptis von Beklagten zu fordern, über dieses aber die fructus percipiendos cum damnis selbst anzuseigen, und hierbei oeconomischen Gutachtens, oder anderer Weismittel sich zu bedienen, berechtiget sind.

B. N. W.

## T A N T V M.



COROL-

## COROLLARIA.

- I. Seruitus in faciendo consistere potest.
- II. In iure errans possessor bona fide adhuc possidere potest.
- III. Emitor, qui ad restitutionem rei pupillaris ob defectum solennium condemnatur, tenetur ad fructus perceptos, percipiendos autem non praefstat.
- IV. Malae fidei possessor quidem culpam praefstat, sed bonae fidei possessor nunquam.
- V. Usuriae ultra alterum tantum iure Romano non debentur, etiam si debitor sit in mora.



❧      ♣      ☙

PRAECLARISSIMO IVRIS CONSVLTO  
IOANNI FRIDERICO  
HAVSCHILDO  
DVLCISSIMO AMICO SVO  
IO. THEOPHIL. COBERVS

A. M. GYMN. BVDISSL. CORRECTOR.

Cum Themis Eusebiae captum TE,  
HAVSCHILDE, videret

Artibus immensis discere iussa poli:

Obstupuit primum spectata mole laboris

Et vires animo praeuenientes TVAS.

Mox ubi iam sensit, iuuenem quod nulla  
cupido

(X)

Pof.



Posset ab incepta TE reuocare via:

Si tantum HAVSCHILDVS, dixit, sua  
iura Tonanti

Seruat, terrigenis num minus illa  
dabit?

Quin mihi iam natus referat virtute  
Parentem,

Quo mea vix melior sacra verenda  
colit.

Inde sub excelsi ductum penetralia templi  
Foedera legifero TE docet apta foro.

Hinc TVA certatim, Iuuenis facunde,  
clientum  
Turba ferentis opera limina docta  
petunt.

Hinc



Hinc **TIBI** colligitur seruati gloria ciuis,

Et trepidant fontes , qua cecidere,  
manum.

At licet ambiguae componas iurgia caussae,

TE tamen ipsa Charis blandior esse  
nequit.

Sed velut alba decent roseos sua lilia  
campos,

Vestibus aut Tyriis candida fila micant:

Sic **TIBI** , purpureum vultu profitente  
pudorem

Pectoris ex aequo candor in ore nitet.

Quid **TVA** nunc referam comitantes otia  
Musas?



Quum TIBI vel curas grata Camoena  
leuet.

Felix ! o nimium felix ! cui dexter  
Olympus

Annuerit mentis gaudia certa suae.

Quare age , iam summos accedas iuris  
honores

Quos Erlanga TIBI non dubitata  
parat.

Plurima succedant viridanti praemia laudi,

Et vehat aura TVAM semper amica  
ratem.





**S**anft ist die Liebe der Weisheit, und reizend ihre Belohnung.  
Die sie dem bemühenden Jüngling ertheilt;  
Sind gleich die Wege zu ihr mit steilen Klippen umgeben,  
Und mit scharfsstechenden Dornen bestreut.

**B**on ihr ermuntert, beherzt, den frohen Berg zu ersteigen,  
Wagt es die forschende Klugheit und siegt,  
Und spottet vom Throne herab der matten Faulheit der Thoren  
Welche kein Feuer der Kühnheit belebt.

**E**in Thor siehtträumend den Stein der Schwierigkeiten und  
fliehet,  
Weil er den Werth der Weisheit nicht kennt  
Da Tage und Nächte hindurch der Weise sich eifrig bemühet,  
Und bis zu dem höchsten Gipfel sich schwingt.

D

Ge



So drang auch Dein munterer Fleiß, Dein unermüdetes  
Eifer

O Haushild durch Hindernisse hindurch;  
Und iezo empfängst Du den Lohn, den Pallas den Würdigen  
reichet,

Ein Lohn, der undenkliche Zeiten durchwährt.

Wird meine Bitte erhört, und giebt die Vorsicht den Wünschen  
Die meine Freundschaft Dir weiset, Gehör:

So folgt das Glücke Dir nach, so folgt Dir Wonne und  
Seegen

So denkst Du an Deinen Freund öfters zurück.

Lassen Sie, Hochgeehrtester Herr Doktorand,  
diese Zeilen ein Denkmal der Hochachtung und  
Ergebenheit seyn, mit der ich bin

D e r o

gehorsamer Diener und ergebener Freund,  
Bernhard Samuel Matolan von Zolna,  
aus Wien, b. b. R. S. und der Erlanger deut-  
schen Gesellschaft Mitglied, Oppau.



Die Wege, so zur Ehre führen,  
Zeigt unverdrossner Fleiß allein;  
Und ohne ihnen nachzuspüren  
Kann niemand gross und weise seyn.

Der Held erwirbt mit Müh die Krone  
Zu der er sich durch Leichen drang,  
Und Pallas giebt den Kranz zum Lohn  
Dem, der darnach mit Mühe rang.

Freund, Deinen Fleiß und Dein Bemühen  
Vergisst der Weisheit Göttinn nicht.  
Es wird Dir heut der Kranz verliehen,  
Den um Dein Haupt Astrea flieht.

Dein Glücke röhrt mich und Entzücken  
Erweckt die Wünche meiner Brust:  
Es müsse Freund Dir immer glücken  
Und nie sei Unglück Dir bewußt.

Hiermit wollte dem  
Hochgedieghen Herrn Doctoranden  
glückwünschend sich zu fortdauernder Freundschaft  
empfehlen

Der v  
aufrichtiger Freund und gehorsamer Diener,  
F. E. Rudel,  
aus dem Hollsteinischen.

1  
vom heiligen geist und der heiligen trinität  
dankbar sind. und dankbar sind  
wir dem heiligen geist und dankbar sind.

2  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
dankbar sind wir dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.

3  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
dankbar sind wir dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.

4  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
dankbar sind wir dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.


und allen den heiligen  
dankbar sind wir dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.


5  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.  
wir danken dir auch dem heiligen geist.

**ULB Halle**  
005 355 311

3







8548. 6

DISPVATATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**FRVCTIBVS A MALAE FIDEI  
POSSESSORE RESTITVENDIS  
EORVMQUE VSVRIS**

---

QVAM  
AVSPICIIS DIVINIS  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**D O M I N O**  
**FRIDERICO CHRISTIANO**  
MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE SILESIAEQUE  
DVCE RELIQUA BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI RELIQUA

---

EX DECRETO ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN ALMA FRIDERICIANA ERLANGENSI  
PRO  
**SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS**  
RITE CAPESSENDIS  
DIE XXI. IVL. MDCCCLXIV.  
PVBLICE DEFENDET

*1764, 2*

---

**IOANNES FRIDERICVS HAVSCHILD**  
ADVOCATVS DRESDENSI IMMATRICVLAT.

---

ER LANGAE  
LITTERIS WALATHERIANIS.

*H. Carolus. vif  
Gott. Salis.*